



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Constantinus Imperator, & ciuitas Co[n]stantinopolitana, nu. 35.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

## S E C V L A R E S.

X X V I I .

**C O N S T A N T I N U S I M P . E T**  
*civitas Constantinopolitana.*

**H**A N C porro erga Virginem pietatem non tantum viri Ecclesiastici coluerunt, verum etiam *seculares* Principes preclara eius rei exempla posteris reliquerunt, quorum nonnulla, omissis plurimis, huic capiti inserenda duxi.

Constantinus Magnus Imperator lo. Constante  
 gè clarissimus, cum Constantinopolitana  
 nam vibem Bizantij fundasset, Episco sui funda-  
 pos, qui ad Nicenam Synodum conue- tione Dei-  
 nerant, cuocauit ut suis precibus noua & para dicen-  
 dificia cōfirmarent, quemadmodum te- ta.  
 statur Zonaras lib. 3. Annal. & Nicepho- Zonaras.  
 rus lib. 8. Eccl. hist. cap. 26. Igitur, inquit Niceph.  
 Nicephorus, enania, & consecrationie fe-  
 stum diem celebrant: incruento sacrificio o-  
 perantur: precibus, votisq; vibem abundè  
 prosequuntur, & firmant: eandemq; Dege-  
 ntrici dedicant, nouam Romam, imperan-  
 temq; Constantinopolim, cognominantes.  
 Alexandrum Bizantij Ecclesiam regen-  
 te. hæc ille.

Idem porro Constantinus, teste Gre-  
 gorio

**G**regorius gorio Turonensi in libro de gloria martyrum, c. 9. Deiparae Basilicam admirabiliter excepit, in qua cum columnæ prætingentes magnitudine (habebant enim sexdecim columnas pedum circuitum) leuari non possent: beatissima Virginis per visum ostendit artificem attollere quasnam machinas adhiberet, quomodo luntur. Trocleas suspenderet atque funes, iussitque ut tres pueros e scholis ad tantum opus adhiberet: quæ omnia cum ille euangelians perfecisset, tres illi pueri columnas, quas multitudo virorum fortium mouere nequiuerauit, summa velocitate subleuauerunt.

**C**onstantiopolitana Virgini, ut dixi, dicitur civitas cara, eiusque nomine Civitas Virginis à Virgine appellata, consecuta est, facile declarantur defensa. Græcorum historiæ, & Annales apud Theophanem, qui cum aliquid magnū à Deo consecutum populum Constantinopolitanum tradit, id Deiparae precibus consecutum, affirmat.

Inter alia vero ciues Constantinopolitanis à Saracenis, alijsque Barbaris sæpe obsessi, vel oppugnati, cum complura, eaque celeberrima in vrbe illa essent Deiparae templa, eiusque cultus apud ipsos in primis vigeret, ad Deiparam configuentes, eamque enixius inuocantes, non sine magna

gna Barbarorum clade sunt liberati.

Quod peculiariter cōsecuti sunt, cūm  
ingenti exercitu obſiderentur ab Auari-  
bus Thracibus, qui Hunni dicuntur, an-  
no noſtræ ſalutis 625. dum Heraclius  
Imperator in bello Perſico occupatus ab  
ea Vibe abeflet, & iterum à Saracenis an-  
no 672. ſub Conſtantino Pogonato: &  
ab ijsdem anno 717. ſub Leonis Iſaurici  
initium, cūm nondum bellum contra fa-  
cras Imagines aperitè fuſcepiflet. quæ om-  
nia fuſius cap. 20. deſcripſimus.

Et quemadmodum ciuitas illa quam-  
diu Romani Pontificis Christi Vicarij,  
omniumque Christianorum Patriſ au-  
toritatē venerata eſt, Barbaris, arque  
Inſidelibus inexpugnabilis extitit, Dei  
Genitricis præſidio, de qua meritò dici-  
tu: Cant. 8. Ego murus, & opera mea Tur *Cant. 8.*  
caſis. ita vbi à communione sanctæ Sedi Conſanti  
Apostolice pertinaci animo ſe subduxit, nopolitane  
Dciparæ patrocinio indignam ſe reddi- *rurus schiſ-*  
*dit, de eaque illud Thren. 2. dici potest: ma poni-*  
*Luxit antemurale, & murus pariter diſſipa tur.*  
tus eſt: nam anno 1452. feria ſecunda pen. *Thren. 2.*  
tecoſtes infra octauā celebritatis aduen-  
tus Spiritus S. cuius processionem à Filio  
plerique eorum impie negant, à Maho-  
meto Turcarum tyranno eſt capta, & in  
durifimam Turcarum tyrannidem iusto  
Dei

Dei iudicio sunt traditi. vel ut sic aperiunt  
oculos, & rectè de sancti Spiritus proces-  
sione, cuius ultionem sunt experti, sen-  
tiant; & ad unitatem S. Romanæ Ecclesie  
omnium Ecclesiarum matris, ac magi-  
stræ reuertantur: sicque Deiparæ protec-  
tionem, ac præsidium iterum experiri  
mercantur.

X X V I I I.  
**NARSES DUX EXER-**  
*citus.*

*Narses Iu-  
stiniani  
Imp. dux.*

**N**ARSES Iustiniani Imperatoris dux  
militum in clytus, qui Gothos fero-  
cissimos diuturne victorijs insolentes pe-  
nitius profligauit: Italiamque à periculo  
Arianismi, cui illi erant vehementer ad-  
dicti, & ab eorum tyrannide in liberta-  
tem afferuit anno Domini 553. Deiparæ  
Virginis adeo studiosus fuit, vt eius in-  
tercessione, ac peculiari directione in p-  
lijs instructus, ingentes de hostibus retu-  
lerit victorias, quod fusius cap. 20. expo-  
sumus. vbi etiam ab infamia euocatorū  
in Italiā Longobardorum probamus  
cum fuisse immunem:

L V D O.